

Band IX., Nr. 3940, Seite 331-332

Bischof Rudolf von Konstanz bestätigt dem Kloster Marchtal mehrere Vergünstigungen seiner Vorgänger für die Kirchen Marchtal, Bierlingen, Ammern und Wachingen und fügt selbst eine neue Vergünstigung hinzu.

Zürich, 1290. Januar 26.

Rūdolfus dei gratia Constantiensis episcopus viris religiosis in Christo karissimis preposito et conventui monasterii de Martello ordinis Premonstratensis presentibus et futuris salutem et presens scriptum perpetuo duraturum. Ad imitationem pie memorie domini Diethelmi Constantiensis episcopi et suorum successorum et precipue domini Eberhardi nostri antecessoris vestre indulgentium caritati, quod ecclesias Marchtel Bilringen Ambra et Wachingen, quarum vobis ius competit patronatus, vestre mense indigentie deservientes in divinis per vestros confratres officiare licite valeatis et quod ratione officiationis huiusmodi ecclesiarum vestris confratribus in collectis, que ratione consolationum earundem ecclesiis imponuntur, contribuere non debeatis, quodque decanorum vestrorum non pareatis institutis, dummodo de iure bannalium nobis ab eisdem ecclesiis debito^a satisfiat, ac quod vestri fratres quos ydoneos elegeritis sine preiudicio parrochialium ecclesiarum fidelium confessiones audiant eosque de confessis et contritis peccatis absolvant iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari, et quod vere penitentibus et pure confessis, qui ad audiendum sermonem quem ad populum proposuerint devote convenerint, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia valeant relaxare, indulgentias ab eodem nostro antecessore domino D[iethalmo] et ab aliis nostris predecessoribus vobis factas, prout rite et rationabiliter late sunt seu concesse, auctoritate ordinaria confirmamus ratas et gratas habentes easdem, quantum permiserit ordo iuris. Quia vero in nostris negotiis vos ferventes cognovimus et fideles quodque personam nostram cum familia nostra liberaliter sepius recepistis, dominium insuper advocatie vestri monasterii nostre Constantiensi ecclesie cum omni iure subiciendo et a comitibus de Tuwingen pro peccunia ducentarum marcharum argenti per vos totaliter persoluta eisdem omni nostro sublevamine penitus remoto ad nostram ecclesiam transferendo, ideo condigna recompensatione vobis condescendere cupientes a contributione collectarum, que monasterium vestrum ecclesiasque vobis pertinentes tangunt, vos absolvimus per presentes nobis ipsam contributionem solummodo exigendam de cetero reservantes.

^aIn allen drei Urkunden verschrieben: *debitis*.

II

Datum Thuregi, anno domini MCC nonagesimo, septimo kalendas Februarii, indictione tertia. Nos igitur Rüdolfus dei gratia Constantiensis episcopus predictus presens instrumentum non solum nostro verum etiam nostri capituli Constantiensis sigillo, cuius consensus omnimodus affuit^b et voluntas, auctoritate ordinaria eternaliter confirmamus.

—

Die Urkunde gehört zu den frühestens um 1300 oder zu Anfang des 14. Jahrhunderts entstandenen Marchtaler Fälschungen, die an anderem Ort im Zusammenhang behandelt werden sollen.

Ihre Unechtheit ergibt sich daraus, dass sie die Inkorporation der Kirche in Wachingen an den Tisch des Klosters voraussetzt, während diese Kirche erst 1292 von den Herrn von Emerkingen zurückerworben wurde, vgl. Urkunde Nr. 4279 (WUB, Bd. X, S. 63–65) von 1292 Sept. 7. Zudem war Walter von Emerkingen bis 1296 im tatsächlichen Genuss der Pfründe.

Das Stück lag bei der Drucklegung des WUB nur in drei echten Vidimationen der Bischöfe Heinrich von 1368 Aug. 10, Burkhard von 1390 März 20 und Marquard von 1400 März 26 vor. Die Urkunden des Reichsstifts Obermarchtal. Regesten 1171–1797, bearb. von Hans-Martin Maurer und Alois Seiler, Redaktion Sabine Meyer, hrsg. Von Wolfgang Schürle und Volker Trugenberger, Konstanz 2005 (Documenta Suevica, 5), S. 73 f., Nr. 86, führen indessen ein Original an, das an der vorliegenden Stelle nicht mehr verglichen wurde.

^bIn allen drei Urkunden verschrieben: *affectus*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Sigmaringen

Signatur/Titel des Originals:

Dep. 30/12 T 1 Nr. 23.

Überlieferung und Textkritik:

Unvollständige und unbeglaubigte Kopie: HStA Stuttgart B 475 U 44

Vidimus von 1368 August 10: HStA Stuttgart B 475 U 50.

Vidimus von 1400 März 25: HStA Stuttgart B 475 U 51.

Vidimus von 1390 März 19: HStA Stuttgart B 475 U 52.

Regesten:

Urkunden Obermarchtal, S. 73 f., Nr. 86.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Zürich

Ortsindex:

Achalm : Reutlingen RT

Achalm Wohnplatz (15987)

Kirchbierlingen Wohnplatz (16782)

Kirchbierlingen, Ehingen (Donau), UL

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

IV

Obermarchtal Wohnplatz (16905)

Obermarchtal, UL

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ

Untermarchtal Wohnplatz (16964)

Untermarchtal, UL

Unterwachingen Wohnplatz (16969)

Unterwachingen, UL

Zürich, Kt. Zürich, Schweiz